UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.6. Ex inani fœminarum cogitatione Deus educit compedes, quibus earum refrænet discursus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

ſuos habebant receſſus, particulares in ſecretio-
ribus domus in quibus cum filiabus ſuis, illis
non egrediendo, morabantur. Hoc ipſum per-
pende ex eo quod addit: dum enim acceſſit Re-
becca atque obuius illi venit Iſaac ſponſus, quem
in maritum ſuſcepit: ſic ait S. S. *Introduxit eam*
Gen, 24. 67. *Iſaac in tabernaculum Saræ matris ſuæ: & accepit*
eam in vxorem. Hic primo conſideres, Saram in
domo locum habuiſſe adeo ſecretum vt per do-
mum non videretur: cum ipſa tamen eſſet to-
tius domus Domina principalis. Agar diſcurrat
& vagetur per totam domum, etiam foris, ete-
nim eſt ancilla; porrò Sara intus remaneat. Hinc
Cant. 3. 4. illud intelligo Sponſæ dictum. *Introducam te in*
domum matris meæ & in cubiculum genitricis meæ
Pſ. 127. 3. Et illud Dauidis: *Vxor tua ſicut vitis abundans in*
lateribus domus tuæ: Secundò: quam primum il-
lam in domum ſuam adducit, vt eiuſdem ſit Do-
mina, illam in tabernaculum introducit: quaſi
dicat, hæc eſt ſedes tua: ô Domina principalis,
ac modeſta, quæ fuit & matris meæ: in ea enim
vixit, quamdiu vixit, ſolitaria.

O quàm bene compoſita domus quando il-
lam ingredientibus non prima in occurſum pro-
dit fœmina, ſed neceſſe eſt inquirere, vbinam
ſit: poteſtque reſponderi. *Ecce intus in tabernacu-*
lo: non per plateas quaquauerſum vagabunda,
&c. quod ſi hanc teneat Sara ſolitudinem, argu-
mentatur D. Auguſtin. mulier nonagenaria plus
D. Aug. Tom. 9. æquo eſt, vt illam ſeruet adoleſcentior, & quæ
recens prodit in mundum: *Prouectior ætate iam*
Sara iuuenilem cuſtodit verecundiam &c. quid igi-
tur iuuenes mulieres agere debent? Vbi conſiſtere?
Hæc igitur tua foret, ô Domina, gloria, tuus ho-
nor: ſi percunctantibus; vbinam eſt, reſponderi
poſſet: *Ecce in tabernaculo eſt.* Illic intus quatuor
concluſa parietibus, familiæ rebus intenta, & fi-
lijs ac filiabus inſtruendis occupata: etenim illum
Dauid beatum canonizat, qui talem in ſponſam
delegit ſibi mulierem, quæ ſicut vitis fructifera in
abditioribus domus ſuæ cubiculis quieſcit ſepa-
rata. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus do-*
mus tuæ.

§. 6. *Ex inani fœminarum cogitatione Deus educit compedes, quibus earum refrænet diſcurſus.*

☞ 17 Li. de Naboth Iſraelita. Li. 1. pæd. c. 11. & 12. APpoſitè hic producimus diſcurſum D.
Ambroſij quem extulit & ſumpſit ex præ-
claro illo magiſtro Orig. & SS. Patrum.
Græc. S. Clem: Alex. Circa calceos quibus nunc
temporis vtimini: res etenim adeo antiqua eſt
vt eius non inueniamus originem. Argumentum
aſſumit D. Ambroſ. qua poteſt verborum ele-
gantia contra abuſus quos ſeruatis, ô Dominæ, I. Quæ pluribus vtũtur ceruſſis turpiores ſunt.
in mundum introductos monilium, gemmarum,
veſtium, fucorum, corpori veſtro cultus, de ca-
pite ad calcem: atque hæc omnia turpium fe-
minarum eſſe inuentiones, quæ inuenerunt vt
illis contegerent ac veras ſuas ſupplerent turpi-
tudines cultu ſuppoſititio: vnde quantò plures
bullas, ceruſſas, gemmaſque vobis affigitis, tan-
tò plures in vobis agnoſcitis defectus, tantoque
vos eſſe fatemini turpiores. *Quæ ſunt natura tur-* D. Ambr. Tom. 1.
pes, ex his quæ ſibi applicant quod non habent, ar-
guunt: ad bolidem affert hic facetum Appellis
Pictorum coryphæi proloquium: vidit hic à diſ-
cipulo ſuo depictam Reginæ Helenæ imaginem,
quam orbis vt pulchritudinis celebat prototy-
pon, qui illam pluribus monilibus ac murenulis
efformauerat diuitem, cui ſic Appelles: fili mi
ſcopum attigiſti cum illam tot monilibus depin-
xiſſi formoſam, cum illam depingere non po-
tueris vultus forma venuſtiſſimam. *O Adoleſcens*
cum non poſſes pingere pulchram, pinxiſti diuitem.
O exclamat hic, quot Helenas videmus? talibus
mundus abundat: has percurre plateas, & vide,
quis ornatus, quis mulierum cultus, quis in fa-
cie fucus, quæ capillorum criſpatio, quæ cate-
nulæ aureæ, vittæ, annuli, gemmæ, triſtra, ſyn-
dones &c. argumentum hoc euidens eſt, quod
de te hoc ipſæ credant eſſe ſe mille defectibus
turpes quos hac curioſa veſtium conantur ope-
rire ſupellectile, tales ſunt Helenæ, quæ nunc
ſunt mulieres, non verè pulchræ, ſed multis ef-
fictæ & adornatæ diuitijs; ſi te pulchram glo-
riaris, hanc in te ipſa oſtende venuſtatem. *Si*
ſunt pulchræ, ſufficit natura, non contendat ars D. Ambr. Tom. 1.
contra naturam, hoc eſt fraus minimè litiget cum
veritate.

Dicit amplius multo ſale & elegantia faceta,
quod inde ſequitur nimirum, quod illæ quæ,
plures inuenerunt ceruſſas, monilia, ſyndones, II. Inuehitur in mulierũ curioſa ornamenta.
&c. ſint alijs ipſæ fœdiores? quia namque plures
habent curandos defectus plures neceſſe eſt
quærant inuentiones, fraudeſque exquiſitas eaſ-
que tantas, vt omnem excedant numerum, do-
cet hoc nos experientia: quotidie namque nouas
ſomniant inuentiones ita vt iam hoc anno non
omnino meminerint eorum quæ anno tulerunt
præterito: in diebus vatis Iſaiæ tantus erat nu-
merus ornatuum mulierum, vt eos ad viginti
ti vnum vel duos proprijs recenſeat nomini-
bus, & eorum plures huius Sancti tempore e-
rant incogniti, qui & ipſe ſuis nominibus

& alios quadraginta numerat ea tempeſtate frequentatos, ex quibus catalogum componit, quem ſimiliter nominatiſſimus ille Philoſophus Comicus Ariſtophanes ſcripſerat: eiuſque ſunt generis, vt iam quid ſint, nemo ſciat, nec eius commentator illos exponit, nec vllus eſt Calepinus quid de illis tractat. Nomina ſunt exquiſita *hypogrammata*, *tryphocat aſiſin*, *teyphema*, *cyton*, *baratrum*, *encyelon*, *dialyton*, &c. quorum recenſito catalogo ſic ait: *Ego quidem defeſſus ſum & indignor dicendo tot eorum ornamentorum multitudinem.* Verba ſunt hæc, quæ tantò meliori iure poſſemus modò dicere, quantò nunc hæc ornamenta ſunt obliuioni tradita, vt etiam hæc eorum nomina ab illis ignorentur. Sicut ab hinc paucis annis illa non ſcientur nomina ornamentorum, quibus hac tempeſtate ornatæ inceditis. Quotidie noua nouis nominibus ornamenta producitis licet D. Clemens Alexandrinus, vt eleganter ita feſtiue diſputet de veſtris ornamentis corporis: nominatim tamen inuehitur in calceos quos appellat crepidas cothurnos, ſandalia, & D. Hieronym *a.* illos dicit. *b. auratos ſoccos*: & iterum. *c.* illos nominat *ſoccos Criſpantes*. Horum enim curam gerunt mulieres grauiorem, inquirentes, vbinam fiant curioſiores, ornatiores, leuioreſque: vnde celebres erant illi calcei Attici, Perſici, Herruſci, Sycioni, ſicut modo habentur Mediolanenſes, Valentiani. Hæc, inquit, prima eſt ſollicitudo: per hoc etenim videntur defectum ſupplere turpiorem, quo ſe cognoſcunt eſſe ſtatura puſilliores. Fœminarum gratia credit D. Thomas dixiſſe Apoſtolum: *Quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.* Cum enim pedes ſint pars corporis humilior & abiectior, per terram repentes. Illis ſubueniunt in calceis ſeu crepidis, cultu ſerici, auri, argenti gemmarumque pretioſiori.

D. Clem. Alexan.

L. 2. pæd. c. 11.

III. Præſertim in calceos

a Ep. 9. ad Saluin. poſt med.

b Ep. 8. ad de metria dem de Virg. ſeru. circa fin.

1. Cor. 12. 23.

☞ 18

IV. Calceis ſūt mulieres cōpedes.

Cæterum, inquit D. Clemens, attende quid dixerit Philo. Philemon, quam aptè ad rem: dum enim veſtris pedibus ornamenta affingitis venuſtiora, inaduertenter illis compedes affigitis licet aureos. *Quendam compedem aureum*, quæ verò circa hoc dè putat, ſic expono illam ſupponens ſententiam ſumma plenam theologia quam Vatis Samuelis Mater Anna piiſſima, in ſuo cantico cecinit, Dominum tanta pollere ſapientia, vt ſtultiſſimis & ab omni ratione prorſus alienis cogitationibus vtatur: vt illud, quod mente concepit, adimpleat. Illiſque mortales illi viam ſternunt qua ea quæ propoſuerat facilius exequatur. *Deus ſcientiarum Dominus eſt & ipſi præparantur cogitationes.* 1. Reg. 2. 3.

Superbia atque cupiditas Imperatoris Auguſti Cæſaris hanc illi ingeſſit cogitationem, vt totius mundi delectum cenſumque iniret: quatenus Domini ipſius atque imperij longè, lateque diffuſi, cunctis innoteſceret celſitudo nouaque poſſet ſubditis imponere vectigalia: per hoc autem viam Deo præparat; vt quod per Prophetam Michæam promiſerat, adimpleat, nempe, quod filius ſuus naſciturus eſſet in Bethleem: vt alias notauimus. Pharaonis punienda Tyrannis hanc in eo contra Deum rebellem excitat cogitationem, vt populum Dei de terra ſua diſcedentem armatus inſequatur, quatenus illum in priſtinum redigat ordinem mancipiorum, cumque per maris fundum & ſtupentes vndas ab vtraque parte inſequeretur, iamque pedem aquis intulerat: illis ipſis ſibi præualet Deus quibus compedes efformet: vt eum ibi fixum detineat ac immobilem & retro progredi conantem maris fluctibus abſorbeat totumque eius exercitum amplius non ſurrecturum. *Ipſi præparantur cogitationes.* En mulierum cogitationes quibus ſibi cothurnos applicant: primò decipere intendunt: ad hoc enim teſte D. Clemente omnes cerußis vtuntur & ornamentis, vt ea videatur eſſe niue candidior quæ eſt Æthiope nigrior: illa roſeo vernans colore quæ pallido languet & obſcuro: illa crinibus, formoſa illa quæ ſæpenumero nullis gaudet tecta crinibus, illa credatur Gigas quæ nucis non excedat magnitudinem: cernit D. Ioannes mulierem ab Angelo ſibi demonſtratam quam ſic deſcribit: *Et mulier erat circumdata purpura, & coccino & inaurata auro & lapide pretioſo & Margaritis: deinde* Apoc. 17. 4. ſubiungit: *Meretrix magna.* Tales enim tantique cultus, vt credimus Diui Clementi Alexandr. quem ſequitur Diuus Chryſoſtomus, ſunt proprij meretricibus; addit verò, quòd in fronte ſua hoc gereret inſcriptum *Myſterium*, id eſt mulier hæc inſigne præfert myſterium qualia multa Diuo Ioanni Angelus expoſuit. Noſtri temporis mulierum quæ præter ſtatum ſibi conuenientem ornamentis induuntur curioſis aliud ego verbum frontibus imprimerem videlicet *Mendacium*: id eſt mulier hæc cumulus eſt mendaciorum, fraudumque congeries, Nihil enim eorum eſt, quæ videtur & fallere tantum conatur, vt formoſam arbitreris quæ latet intus turpiſſima, & alabaſtro nitidiorem, quæ carbo nigreſcit turpiſſimus, & quæ cera

V. Mulieres ornatiores mendaciū ſunt.

eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt languida, roſa credatur eſſe vernantiſſima. *Contendit in eis ars contra naturam & fraus litigat cum veritate:* Sanctus ait.

Secundò præfato inhærendo propoſito, fraude ſupplere conantur verum ſuum defectum nempe corporis puſillitatem: ſicut Deus mulierem viro creauit inferiorem, ſic diſpoſuit, vt ipſo ſimiliter foret communiter corpore minor: illa verò hac ſibi à Deo præſtituta forma non contenta, figmentis ſuis illam conatur augere, contra Saluatoris noſtri præſcriptum: *Quis cogitans poterit adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Illæ ſunt (inquit D. Chryſoſtomus) quæ ad hoc adſpirant, conanturque opera reformare, quæ de manu Dei ſic facta prodierunt, eo fine calceos excogitarunt, ita deauratos, ita formoſos, ita expolitos, hæ veſtræ ſunt cogitationes. Hic pedes veſtros componite, vt illos erigatis altiores: per hoc omnino quod Deus intendit, implebitur; graues vobis compedes iniicit, quibus vos detineat domi quietas nunc illuc, modo aliò diſcurrentes, illudque mirabile quod ait Iob. à Deo factum implebitur: *Qui fecit ventis pondus:* vt veloces eorum curſus refrænet. Hanc, cum D. Ambroſio, mulierem attende, ſuis crepidis, criſpantibus, venuſtiſque altiorem, quibus vt ſummo ornatu ſibi feſtiua gratulatur. Notes igitur, quàm lentè procedat, quodque ex eo quod ipſa ſibi aſſumit in corporis cultum Deus illo vt compede & pondere vtatur, ad vanos eius coërcendum diſcurſus, dicatque pede progredi lentiori. *Delectantur & compedibus mulieres, modo auro ligentur: non putant onera eſſe ſi pretioſa ſint: non putant vincula eſſe, ſi in ijs theſauri coruſcent.* Mulieres has ditiores in exemplum ſumite quæ caſu preſſæ grauiori, domi quietæ remanent & nuntium miſiſſe ſatis eſſe arbitrantur. Non omnes mulierum egreſſus inhibeo: multi etenim ſunt prudentiores & in obſequium Chriſti Domini neceſſarij pro vt die Paſchatis dicendum de trium Mariarum egreſſu hoc ſolum vobis notum facio, quam aptè vobis ſolitudo conueniat veſtræque ſaluti proprium ſit concluſas ædibus immorari.

Matt.6.27.

VI. Facit Deus veneris mulieribus pondus.

Iob 28.25

D. Amb. Lib. de Nabuthe c.5. Tom.1.

§ 7. Domine, ecce quem amas. *Inuito diabolo Athenis mulieres inueniuntur ſapientes, quod ſilentio ſuo declarant.*

Miſerunt hæ ſorores Domino nuntium: *Dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur:* 15
non exprimit Euangeliſta vtrum hoc dixerint mittendo nuntium verbotenus vel litteris: quamuis enim videatur verbotenus hoc eas denunciaſſe, ob id quod dicit *audiens autem Ieſus &c. vt ergo audiuit Ieſus* &c. communis tamen ſenſus habet, quòd epiſtolam ſcripſerunt: quandoquidem hoc rationi conformius, illis præſertim quæ mulieres erant adeo prudentes atque vrbanæ; quinimò in ipſo nuntio non parua earum patet ſapientia ſpirituſque ſublimis: eum in breuibus adeo verbis admiranda comprehendant Sacramenta. Naſo ſuſpendit quoſdam D. Hieronymus, qui ſibi de ſapientia applaudentes, epiſtolam quandam D. Pauli Philemoni diſcipulo ſuo ſcriptam vtpote breuiſſimam, exſibilabant: indicantes pauca verba paucam continere ſubſtantiam: amentiam ſapit hoc, replicat ille: ſi namque Scripturam, quia breuis, deſpicimus: omnes Prophetarum Abdiæ, Nahum, Sophoniæ aliorumque Vatum Scripturas, quia breuiores, poſſemus exſibilare. Quis autem ignorat, inquit ille, Sancti Spiritus conſilium, ne quis rem aliquam, quia parua, deſpiciat. Cum inter volatilia apis minima eſſe videatur: illa tamen maiora & opera & mirabilia quàm aquilæ vel myluus in ſe complectatur: non enim quid eſt magnum, magnum quia apparet. *Ne laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo: breuis enim in volatibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius.* Probro excepit gigas Goliath Dauidem conſpicatus eum paruum eſſe & adoleſcentem: populus autem Gigantem ob Altitudinem ſtaturæ præferebat. Tu videris vter eorum fortior? Vter eorum robuſtior? paſſim admittitur, inquit D. Hieronymus illa Rhetorum propoſitio, non minoris eſſe eloquentiæ paucis magna complecti, quàm inani & multo verborum apparatu exaggerare parua: *Eiuſdem eloquentiæ eſt & pauca multis & multa paucis verbis poſſe dicere, imò & hoc ſumma eſt eloquentia.* Si piſciculus palmâ manus non maior, tantis pollet viribus, vt velociſſimas & inflatis ventis pelagus ſulcantes naues detineat immobiles (hac enim de cauſa à

I. Epiſtola licet breuis non tamen contemnenda.

In prolego in Epiſtol. ad Philemonem.

Eccl.11.3.

D. Hier. *Ep.61. contra errores Ioan. Ieroſol. Tom.2.*